



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CLXXVI. Facultas Prioris Gen. Carthusien. absolvendi Monachos a casibus
in bulla Cœnæ Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

S. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universitatibus, Provincialibusque, & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque induitis, & literis Apostolicis quibusvis personis, & locis, etiam specifica, & individua mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, & alias in contrarium praemissorum concessis, ac etiam plures confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, ac insererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo labore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut eisdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prouersus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, qua ipsi praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XVIII. Junii MDCLXXXVII. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

CLXXV.

Prohibetur, ne extrahantur Libri Musicales ex Archivio Capellæ Pontificiae.

Collegium Cantorum Capellæ erectum fuit a Sexto V. Constit. edit. 1586. Sept. 1. Pont. 2. Et ab Alexand. VIII. Constit. ed. 1690. Octob. 21. Pont. 2. edita fuere nonnullæ Ordinationes circa Libros ejusdem Capellæ.

Dat. 15. Oct. 1687. An. 12.

Causa prohibitionis.

Prohibicio
sub pena ex-
communicationis late
sententiae.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilectus filius modernus Magister Collegii Cantorum Pontificiae Nobis Capella Nobis nuper exponi fecit, occasione Inveniarii Librorum Musicalium ad dictam Capellam spectantium, non ita pridem per ipsum confecti, plura dictorum Librorum folia, in quibus diversa Misericordia primordia descripta erant, seu etiam in quibus figura nonnullæ affabre, & singulari artificio descriptæ reperiebantur, ac forsan integra Volumina ex Archivio, seu Custodia dictæ Capellæ in grave ejusdem præjudicium temere sublata fuisse repertum fuerit: Nos ejusdem Capellæ indemnitati, cuius cura strictiori jure, Nobis incumbit, ac dictorum Librorum conservationi quantum cum Domino possumus benigne consulere, nec non ejusmodi malis in posterum occurrere volentes, ne de cetero quisnam quavis autoritate, vel superioritate, aut officio fungens libros Musicales, quinterniones, chartas, & alia folia quæcumque, sive impressa, sive manoscrita, tam hactenus in Archivio, seu Custodia hujusmodi pro servitio dictæ Capellæ collocata, donata, seu alias assignata, quam in posterum for-

san colloquanda, donanda, & assignanda sub quovis quæsito colore, prætextu, ingenio, caufa, ratione, & occasione, præterquam ad effectum illos, seu illa ad supradictam Capellam pro usu Canticorum præfatorum deferendi ex Archivio, seu Custodia hujusmodi extrahere, & asportare, seu ut extrahantur, & asportentur permettere, aut consentire audeat, seu præsumat sub excommunicationis latæ sententiae per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurriendis penitentia Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

S. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 2. Volumus autem, ut prædicto usu finito, Libri prædicti in Archivio, seu Custodia hujusmodi sub penitentia supradictis illico reponantur: utque præsentis prohibitionis exemplum valvis Archivii, & Custodiæ hujusmodi, seu alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni possit, continuo affixum remaneat.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XV. Oct. MDCLXXXVII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

ANNO
1687.

Clausula.

CLXXVI.

Conceditur Priori Generali Ord. Carthusieni facultas absolventi in foro conscientia etiam per alios suos Monachos a casibus reservatis in Bulla *Cœna Domini* quoque contentis.

De alio privilegio hujus Ord. vid. Condit. ed. 1682. Sept. 11. Pont. 8.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 18. Oct. 1687. An. 11.

Exordium.

Supremi Apostolatus Officium humilitati nostræ divinitus commissum postulat, ut Religiosarum personarum, earumque præsertim, que in agro sanctæ solitudinis, cui benedixit Dominus, mundanis abjectis illecebris, devotum, ac sedulum exhibent Altissimo famulatum, paternam curam gerentes, ad eas peculiaris munera nostri partes intendamus, que spirituali carum consolationi, quietique Religiosæ conducibilia fore in Domino arbitramur.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Prior Generalis Ordinis Carthusieni, quod in dicto Ordine semper bona fide creditum fuerit Priorem Generalem pro tempore existentem ipsius Ordinis ex privilegiis plurium Sumorum Pontificum, habere facultatem absolvendi personas sui Ordinis a quibuscumque exercitibus etiam in literis Apostolicis, que in die *Cœna Domini* quotannis legi, seu promulgari consueverunt, eumque hanc facultatem alii subdelegare posse, quodque ita huc usque in eodem Ordine observatum fuerit; verum quia Congregatio particularis nonnullorum Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium a Nobis specialiter deputatorum, censuit dictum Priorem Generalem pro tempore existentem hujusmodi facultate uti non posse, & ab ea super hoc emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Monet Sacra Congregat. tam Reverendissimum Patrem, quam reliquos Superiores, & Monachos Ordinis, ipsos in vim Privilegiorum hactenus Ordini Carthusianorum concessorum, nullatenus posse absolve-re a casibus in *Cœna Domini*, & alii Papa reservatis, proindeque supplicandum Sanctissimo pro necessaria facultate concedenda Reverendissimo Patri pro tempore existenti, etiam cum facultate subdelegandi, & cum specifica derogatione dictæ Bullæ, nec non cum clausula, quod non censeatur per annuam promulgationem dictæ Bullæ revocatum hujusmodi Indultum, nisi

Decretum
Congrega-
tionis parti-
cularis.

facta

ANNO

1687.

& 1688
Approbatio
Pontificis re-
lati Decreti.

Preces Prio-
ris Genera-
lis.

Concessio
prædictæ fa-
cilitatis.

Clausula.

CLXXVII.

Dat. 22. Jan.
1688. An. 12.

Exordium.

INNOCENTIUS UNDECIMUS.

531 ANNO

1688.

facta specifica mentione Carthusianorum &c. Die 29. Maij 1687. -- Sanctissimus Dominus No-
ster, andita relatione &c. Oratoris precibus be-
nigne annuit. Romæ &c. -- G. Cardinalis Car-
pineus -- B. Brancarius Secretarius. -- Nobis prop-
terea dictus Modernus Prior Generalis humili-
supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune
providere, & ut infra indulgere de benignitate
Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur, qui audita relatione Con-
gregationis hujusmodi petitis dicti moderni Prio-
ris Generalis dudum annuendum duximus, eun-
dem Priorem Generalem specialibus favoribus,
& gratiis prosequi volentes, & a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & po-
nis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatus
existit, ad effectum praesentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tum fore censemtes, hujusmodi supplicationibus
inclinati, eidem moderno, & pro tempore ex-
fleti Priori Generali ordinario prefato, & per-
se, vel alium, seu alios, quos ad subdelegan-
dos duxerit, dicti Ordinis personas ab omnibus
excommunicationis, suspensionis, aliisque Eccle-
siasticis sententiis, censuris a jure, vel ab ho-
mene quavis causa latis, seu inflictis, nec non
ab omnibus eorum peccatis, criminibus, exces-
ibus, & delictis, ac casibus etiam per Literas
Apostolicas in die Cœna Domini legi, & pro-
mulgari solitas, aut alias quascumque nostras,
& Romanorum Pontificum Constitutiones quo-
modocumque Nobis, & Sedi Apostolica refer-
vatis, pœnitentia salutari, & aliis, quæ injun-
genda fuerint, eis injunctis, in foro conscientia-
tantum absolvere, & liberare valeat, perpetuis
futuris temporibus, facultatem concedimus, &
impartimur.

§. 2. Decernentes præsentes literas perpetuo
firmas, validas, & efficaces esse, & fore, itaut
illæ per annuam promulgationem dictarum Li-
terarum Apostolicarum in die Cœna Domini
publicari solitarum numquam revocatae censeantur,
aut censer possint, vel debeat, nisi facta
specifica mentione Carthusianorum.

§. 3. Non obstantibus præfatis in die Cœna
Domini legi solitis Literis, & aliis Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, quibus om-
nibus, & singulis illarum tenores prætentibus
pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo
ad verbum insertis habentes, illis alias in suo ro-
bore permanens, harum serie ad præmissorum
effectum tantum, specialiter, & expresse deroga-
gamus, cæterisque contraria quibusvis.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscat, die XVIII. Octob. MDCLXXXVII.
Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

sua Altissimo in Sanctitate, & Justitia reddere
satagentes, Sacrarum, eisque ancillantium bo-
narum literarum studiis propensa charitate in-
cumbamus, ac proinde ea, quæ consimili consi-
lio statuta, atque ordinata esse noscuntur, ut
firma, atque illibata persistant Apostolici muni-
minis nostri præsidio libenter corroboramus.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper feci di-
lectus filius Joannes de Suazo Procurator Pro-
vincie Peruanae Ordinis Fratrum Eremitarum
S. Augustini, quod cum alias Congregatio Ve-
nerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardina-
lium negotiis, & consultationibus Episcoporum,
& Regularium preposita animadverterit in præ-
fata Provincia Peruana nonnullis abhinc annis
numerum Fratrum valde excrevisse, ac pluri-
mos ad præfens in illa esse, qui Studiorum
curriculis peractis, digni, & idonei sunt, quibus
Magisterii gradus conferatur inter alia pro fa-
lubri, ac felici ejusdem Provincia regimine de-
creta sub die 19. Mensis Novembris 1683. de-
mandavit, ut in Capitulo Generali ejusdem Ord-
inis tunc proxime celebrando de numero Ma-
gistrorum ejusdem Provincia angendo ageretur,
ac subinde idem Capitulum Generale, ut debi-
tus virtuti honor rependeretur, & Fratres
præfatae Provincia congruis honorem præmis
ad Sacrarum, bonarumque literarum Studia am-
plianda, & profequenda, alacriores, & ferven-
tiiores redderentur, re mature persensa, atque
discussa, ac dilecto Filio nostro Palatio Tituli
S. Mariae Transtiberim S.R.E. Presbytero Car-
dinali de Alteris nuncuparo Ordinis prædicti apud
nos, & Sedem Apostolicam Protectore appro-
bante, inter cæteras pro dicta Peruana Provin-
cia editas ordinaciones, Senarium ejusdem Pro-
vincie Magistrorum numerum (si ita nobis pla-
ceret) ad duodenarium imposterum extenden-
dum esse sancvit, decretu[m]que hac in re sub
titulo pro Peruana Provincia §. 11. edidit teno-
ris, qui sequitur videlicet: -- Quoniam prefata
Provincia satis ampla, lateque extensa divino fa-
vente numine viris eximiis abundat, quos debita
preiiorum vicissitudine non decet esse deslitos,
ac eadem Sacra Congregatio ad Capitulum Gene-
rale commiserit agere de augendo numero Ma-
gistrorum, declaratur, in Provincia Peruana du-
decim imposterum futuros esse Magistros de numero,
si Sanctiss. D.N. placuerit, habito respectu propor-
tionata distributionis, itaut pro natu in Indiis, qui
sunt in majori numero novem designentur Magis-
tria, & tria pro Hispaniis longe paucioribus.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio sub-
jungebat dictus Joannes Decretum hujusmodi
in præfato Capitulo Generali factum, ut firmi-
ter substat, & exæte servari valeat, Apostolica
confirmationis nostra patrocinio communiri plu-
rimum desideret: Nos ipsum Joannem speciali-
bus favoribus, & gratis prosequi volentes, &
a quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & ponis a Jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodo-
libet innodatus existit, ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum harum serie absolven-
tes, & absolutum fore censemtes, supplicationi-
bus, ejus nomine nobis super hoc humiliiter por-
rectis inclinati, Decretum præinsertum auctori-
tate Apostolica tenore praesentium approbamus,
& confirmamus, illudque executioni mandari
debere decernimus.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentes
literas semper firmas, validas, & efficaces exis-
tere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus
sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, &
pro tempore quandcumque spectabit, in omni-
bus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& delegatos, etiam causarum Palati Apostolici

Species facti:

A Congreg.
Reg. deman-
data fuit res
Capitulo Ge-
nerali.

Decretum
Capituli Ge-
ner.

Preces Pro-
curatoris
Provinciae.

Confirmatio
relati De-
creti.

Clausula.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ord.
Eremitarum S. Augustini, quo Senarius nu-
merus Magistrorum Peruanae Provinciae ad
duodenarium extenditur.

*Alia Decreta pro Provinciis Indiarum extant Con-
stit. ed. 1680., Sept. 14. P. 4. Conf. ed. 1680.
Aug. 8. P. 4., & Conf. ed. 1688. Feb. 27. P. 12.
Pro solis vero Magistris Inn. XII. Conf. ed. 1690.
Apr. 30. P. 1. Et Conf. ed. 1692. Sept. P. 3.*

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus,
cura animum nostrum sollicitat, ut fo-
vens, promovendisque inter viros Religiosos vota

Bullarii Rom. Contin. Pars V.

Yy 2

Auditores,